



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

ex Luderu duce & Rixa coniuge natam filiam Gertrudem, quae nups̄erat Henrico duci Bauariae, genueritque Henricum illi Leonem: quod nisi accipiamus de primo Henrico Leonis patre, controuersiam patitur: Nam dux Bauariae & welpus, Henrici primi pater, duxit filiam Magni, ducis nouissimi de genere Hermanni, quem Otto I. sublimauerat, quae genuit ei filium Henricum primum, cui vxor erat hæc Gertrudis filia Luderis: ex qua is Henricus processit, quem Leonem omnes cognominauerunt: ut duplice iure pertineret is Leo ad Saxoniam, & ab auiâ filia Magni, & à matre filia Luderis, quem etiam Lotharium postea imperantem dixere Gallici cum Italîs. Quod idèo commemorandum putavi, quia non attendunt pleriq; duos per hæc tempora fuisse Henricos Bauaria duces, patrem, & filium, quorum uterque pertinebat ad Saxoniam: Pater per matrem filiam Magni: filius per matrem filiam Luderis ducis & Imperatoris, & auiam Magni filiam.

## CAPVT XXXV.

**N**ec prætereundum hoc loco, quod & welpus iunior frater Henrici, qui habuere patrem & welpum senorem, & matrem filiā Magni ducis Saxonie, reliquit Bauariam Henrico fratri, & concedens in Italiā, coniugem accepit Mathildam, illam potētem per Lombardiam fæminam: non ducis Mediolani, vt somniant non nulli, sed Egberti marchionis Saxonie filiam, Gertrudis illius germanam, ex qua nata est Rixa, quam alij scribunt Ribensam, Luderis ducis Saxonie coniunx: quam Mathildam magis pro sua virtute & amplitudine patrimonij, quod in Löbardia tenebat, q̄ spe liberorū duxit vxore. Ergo & welpus iunior, cùm prolem non haberet, religioni se totum commendauit. Audiuuit praenatum suum,

immo



imm̄d atavum Ethiconem ducem Bauriæ, sub Ludovi-  
co Imperatore I. montem cum duodecim primarij vi-  
ris introisse, ibiq; in abstinentia vixisse & finisse: Scr-  
tatus est saltus & nemora, & omnia montis latibula in-  
uenitque sepultra, è quibus ossa prolati iussit in Cöstan-  
tiam urbem perduci: ibique, quod miraculis claruerat  
(mortui sunt enim in Christianismo, fugientes Gal-  
lam seruitutem) eorum memoriae dedicare voluit ce-  
clesiam, quod impleuit. Quo tempore Gertrudis nobis  
fæmina, filia & soror duorum Egbertorum Saxoni  
marchionum, patris & filij, relictæ Hērici Craſti con-  
tis de Northem, socrus Luderis ducis: nam mater na-  
Rixa coniugis eius, de Treueri rediens, corpus sancti  
authoris confessoris, Treuerensis quondam archiepiscop,  
Brunswicum aduehit: & cùm in moenia perduci non  
posset, monasterium erigit sub titulo sancti Aegidij, im-  
ponens fratres ordinis diuini Benedicti: tū prope menū  
nunc verò prolatatis finibus vrbis, inclusum mœnys, pe-  
petuum vrbis defensorem, & sanctum eius loci tude-  
rem: cuius patrocinium sàpè experti ciues, præcipue in  
oppugnatione vrbis à Philippo, qui de Romanorum re-  
gno cum Ottone IIII. contenderat, quod suo loco in  
præteribimus.

## C A P V T   X X X V I .

**D**ecimoquinto deinde post centum ac mille annis  
cùm Imperator Henricus in Saxoniam iterum  
duceret, Luderus dux, & Reinerus episcopus Halber-  
stadensis, ac Fridericus comes de Arnsberge, iustam illa-  
aciem obiecerant, in loco qui dicitur Zwelpeshold: im-  
pares quidem numero Saxones, sed virtute & alacri-  
tate parés initio, & in fine etiam superiores sunt inuen-  
ti: Nam consertis manibus, victoria penes Saxones fu-

Troph  
ua viru  
tuam r  
ciles, ve  
antiqui  
hodie e  
ab idola  
aut Gal  
intellex  
onem ia  
cum, qu  
trum Pr  
minus c  
titum r  
pater, v  
sis, insig  
am. Due  
fareanis  
perarma  
maior pa  
fuga su  
xonibus r  
se Imper  
suorum a  
ciliabat,  
Sed Albe  
suis, Imp  
solutus, e  
commisi  
tus, excor  
bat. Erat  
veniens e